

(IIII)

TESTAMENT DE GUILLABERT.

Voir les notes du tome II, pour ce testament.

(III)

TESTAMENT DE ROGER,

COMTE DE CARCASSONNE.

Ego Rogerius, comes, facio brevem divisionalem inter filios meos Raymundo et Bernardo; ad Raymundo, filio meo, dono civitatem Carcassonam, cum ipso comitatu Carcassense, exceptas ipsas abadias, quæ ego dono ad filio meo Petrone, sicut conjunctum est inter matre sua Adalaïc et tè Raymundo; et dono ad ipsum Raymundum, filium meum, Redas castellum cum suo comitatu ipsam meam partem, exceptâ meâ parte de ipsas abadias, quæ ego dono ad Petrone, filio meo, et exceptos illos alodes, quæ ego acceptavi in ipso comitatu Redense, quæ ego dono a domino meo et ad sanctis suis propter remedium animæ meæ; et dono ad ipsum Raymundum ipsa convenientia de comitatu Redense, quæ ego habeo cum fratre meo Odone, comite: et cum filio suo Arnaldo de Cairacurbo, cum Cairocurbenso remaneat ad ipsum Raymundum, et alia convenientia, quæ ego habeo cum fratre meo Odone de Colia Castello, et de Colliense remaneat similiter ad filium meum Raymundum et ipso Castello, quem dicunt Sexago, cum ipsa castlania et ipsas viguerias, quæ ad ipsum castellum pertinent, et cum ipsos alodes, sicut Arnaldus, pater meus, ibi tenebat per ipsum castellum remaneat ad Raymundum, exceptas ipsas abadias, quæ ego dono ad filium meum Petronem, et ipsos alodes de comitatu Tolosano, quæ fuerunt de Bernardo Rufo, quæ Raymundus, vicecomes, tenet per me Rogerio et per te Raymundo; remaneant ad te filio meo Raymundo, et ipso castello quæ nominant Sancta-Gavella cum ipsos alodes, qui ad ipsum castellum pertinent, remaneant ad filio meo Raymundo, et ipsa medietatem de Bolbastreso, et ipsa tertia parte de comitatu Cominico remaneat ad filio meo Raymundo, et ipsa mea parte de castello Minerba quæ Raynardus, vicecomes, mihi donavit ad mortem suam cum ipsa terra, quæ ad ipso castello pertinet, et ipsos alodes, quæ habeo in Narbonense remaneant ad Raymundo filio meo, exceptos ipsos alodes quæ dono ad Deum omnipotentem et Sanctis propter remedium animæ meæ, et ipsa abadia de Chaunas, et ipsa abadia de Vernasona remaneant ad filio meo Raymundo, et ipsa vigueria de Savartense, post obitum Adelaïc, remaneat ad Bernardo, filio meo, si ille non *lo forsa*, et si *lo forsa* et emendare o voluerit ipsa convenientia de Savartense; et de *Castello-pendente*, quæ ego abui ab Odone, fratre meo, et Arnaldo, filio suo, post obitum illorum remaneat; ad Bernardo, filio meo, dono ipsum *comitatu de Cosoragno*, cum ipso episcopatu, et cum ipsa medietate de Bolbastreso, et ipso castello de Fuxo, *cum ipsa terra fuxense*, dono ad Alaïs, uxor mea, et Bernardo, filio meo, insimul et Dalmazanense, et Podazagense, et Agarnagense, et medietatem de toto bosco Bolbonæ, quæ est inter flumen de Ercio et Aregiæ, dono ad Bernardo, filio meo, cum ipsos alodes, quæ ego ibi habeo, ipsas exceptas abadias et ipsas ecclesias, quæ ego dono ad filio meo Petrone,

et exceptos ipsos alodes, quæ ego dono ad D. Deo, Sanctis suis, propter remedium animæ; et exceptos ipsos alodes Escocia et Avesago, quæ ego dono ad conjugem meam Adelaïs, mater vestra, sicut superius scriptum est.

Sic habeat firmitatem ista scriptura si ego Rogerius non hoc desfaciam, si ego non hoc camvio, cum meo gradiente animo. Ista omnia suprascripta teneat Adalaïs, uxor mea, in Badlia quantum voluerit, sicut superius scriptum est, sic habeat firmitatem. In tali verò ratione, ut dum illi vivunt teneant et possideant, si infantes habuerint de legitimo matrimonio, similiter teneant in Badlia illi qui vivi erunt. Vendere nec alienare licentiam unus non habet, nisi unius ad alium. Et si infantes non habuerint de legitimo matrimonio, remaneat ipsa hæreditate ad ipsos fratres qui vivi erunt. Ista scriptura Rogerius comes manu sua firmavit.

(JJJ)

BULLE DU PAPE BENOIT VIII,

AU SUJET DE L'ABBAYE DE SAINT - HILAIRE.

(Ann. 1012.)

Benedictus episcopus servorum Dei: notum sit omnibus christianis quia venerunt Rogarius, comes, cum conjuge sua, nomine Adelaice, simulque cum eis venit Benedictus, abbas, ad limina Apostolorum B. Petri et Pauli, antè nostram præsentiam, petieruntque ut confirmaremus eis per nostram apostolicam auctoritatem monasterium quod est consecratum in honore sancti Saturnini, ubi beatus Hilarius humatus quiescit, ut non sit licitum ab hac hora in antea, neque comiti, neque vicecomiti, neque episcopis, neque ullæ magnæ parvæque personæ, homini neque feminæ, suprà dictum monasterium aliquid de suis rebus auferre vel alienare præsumat quidquid modo habet, et in antea acquisitum erit in perpetuum, sed semper sit in stipendia monachorum et in eleemosinis pauperum ea quæ concessa sunt vel donata in præfato monasterio a præfato Rodgario et sua conjuge, id est villa quæ dicitur Corneliana cum ecclesia Sancti Petri et Malchindus et Salsingus, et cætera loca quæ a præfato monasterio pertinent vel pertinere debent post verò obitum Benedicti abbatis, nemo ibidem abbatum constituat nisi quem consensu et communiori voluntate fratrum qui ibidem Deo serviunt vel in antea sunt servituri elegerint. Hæc omnia quæ suprà scripta sunt concedimus tibi Benedicto abbati tuisque successoribus in perpetuum pro omnipotentis Dei amore et Sancti Petri nostræque animæ redemptione.

Item et pro amore Rodgatu, comitis Carcassonæ, et conjugis ipsius necnon Raymundi filii mei, ut illorum sit merces in perpetuum, at verò qui custos et observator fuerit hujus nostri apostolici præcepti *px ana* et confirmatione benedictionem a Patre et Filio et Spiritu Sancto, in omnibus consequatur et vitæ æternæ particeps effici mereatur in sæcula sæculorum, et qui observare noluerit anathematis vinculo sit innodatus, et a regno Dei alienus permaneat: scriptum per manum Stephani notarii et scrivarii beatæ romanæ Ecclesiæ.

Bene valete.